

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Heinrich Wilhelm Ludolf an August Hermann Francke.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

Amsterdam, 28.04.1697

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-204047](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-204047)

In Christo Dilectissime Frater et amice. Spero te accepisse
 meas circa finem praeteriti mensis scriptas, ut fidem mihi data
 exsolvam, hisce significo, me a statem hanc apud Legatos Regis
 Danicae ad Tractatum Pacis Generalis destinatos transacturum
 Oblatum ab eis hunc favorem comminus recusare potui, cum
 uterque valde benevolo me complectatur affectu, atque haec
 exigua in me contulerit beneficia. Insignem autem venero
 Dei benignitatem, quod eis obstrictus sim, quibus in re
 recta placere possum. Neque mediocre fuit gaudium meum, cum
 transiens per Daniam perciperem, in quantum Subditorum
 solatium Patronus meus de Plenen supremam Ararii Regis
 curam integritate maxima gereret. Atque et qui hactenus ablegatus Haec
 fuerat, Legationem Danicam ^{etiam} obibunt.
 Accepi a Scharschmidio nostro literas d. 16. Octobr. Moscorum
 datas mihi perquam gratas, ad quas respondi per Armenum
 quendam mercatorem, praeterita septimana hinc versus Patris
 profectum; Spero te quoque neque adhortationibus neque precibus
 defuturum, quo tanti momenti scopo firmiter inhaereat, tandem
 in Domino omnes molestias boni cuiusvis initium comitantes fa-
 cile vincat. Hoc facile ipsi praedicere potuissim, ipsum plus im-
 pedimenti quam praesidii in Ecclesiasticis inventurum. Compensat
 tandem supremus Ecclesiae moderator eorum favorem eorum,
 qui rem Ecclesiasticam in proprios usus converterunt.
 Eandem querelam de gentis sua Ecclesiasticis ad me pertulit
 egregius Juvenis Armenus Luca Nuridochan, quem valde
 doleo Vos Halle non convenisse, fuit enim Lipsia apud D. Kocher
 Geng.

berg. Didicit Romae linguam latinam et Italianam, Divinam gratiam
 oculos mentis illuminatos habet, ad distinguendam Religionis
 essentiam, quae in sanctimoniam per fidem consistit, ab exteriori
 rituum et opinionum cortice. Patruus ejus ante tredecim
 annos ipsum cum fratre et alio cognato in Europam adduxit,
 ad addiscendas artes et studia in patria et Ecclesiae emolumentum.
 Curant Typos Armeniacos confici, quibus libros theologicos et
 Historicos hic impressere, ut et mappam Geographicam totius orbis
 literis Armenis. In anglo quodam hic latitantes, atq. impressione
 Thomas a Kempis Armen. occupatos providentia divina
 mihi eos detexit. Supra dictus Patruus Armeni mei, est
 archiepiscopus, atq. Vienna interim moratur ad parandum
 sumtibz, magnam sanctimoniam famam senex ille gaudet.

Aliud gaudium mihi largitus est habitans in Altissimis, cum
 in loco humili et obsuro visitarem aliquem Lithuanum, ad veram
 fortunam et Levitarum malitiam multis miseris involutum. Dum
 confabulamur, visitat eum Judaeus quidam Polonicae originis,
 qui prima conversatione eam erga me concipiebat fiduciam,
 ut paucos post dies secreto me conveniens mihi detexerit,
 quanta gratia a Deo ^{trinu} fuerit beatus, lachrymisq. destillantibus
 fatum sui gentis lugebat, et citabat illud *ἐπισημῶν* ex 2^o 2^o
 76. *ἔαυτοῖς ἀγνοεῖν τὴν δόξαν τοῦ κυρίου οὐκ ἔστιν εὐλογία*
 Virtutem Verbi Divini in Novo Testamento contenti possidere
 mihi videbatur magis, quam multi qui Christianos se vocant,
 notabiliora enim loca valde apposite ^{alleg} ~~typ~~ gabat, in primis
 illud quod in homine non sit salus. Vix determinare ausim
 A tam novi quam Veteris Terram.

num improbanda sit ejus sententia latendum sibi esse inter gentem suam ad lucrum Domino in gente sua faciendum.

Lejoris longe indolis mihi videtur non ita pridem circumcisu Christianus, spate cognomine, qui tuam et Speneri familiaris antebae habitam, gloriatur. Quamcumque pia se ferat sanctorum speciem, et salutis curam, ipsam, ^{quam} in corde fieri debet circumcisu ignarum esse, multa me urgent conjectura. Licet credulitate non existimarunt ipsam ad lucrandos Judaeos circumcisioni se submittere, quod si eventus ostenderet erroris mei me non pigebit.

Innotuit mihi hic placidus quidem senex, Dr. Valenus abbas vocatus, inter Menonistas concionator et medicina Dr. summus bono sponso Christi bene cupiens. Regulas tuas vitae Christianae atque manducationem ad recte legendam Scripturam Sacram in Belgicum sermonem versa sibi allata mihi ostendebat, consilium eorum edendorum esse indicabat. Vellem ut tuam brevem Christianismi ideam si mi fallor aulicis ⁱⁿ usum Grigori ⁱⁿ vocatam, latine haberem. Si non aliter, saltem Russo et Armenice unice esse posset. ab aliquo tuorum studiosorum facile possit verti in latinum sermonem, mihi transmitti, sumtus impressionis unius folii ego non declinarem.

Sicuti multa indicia mihi spem faciunt magna Deum moliri in Ecclesia sua emolumentum, ita quoque deprehendo Spiritum tenebrarum non intentati relinquere ad frustrandos homines misericordissimi et ex genus humanam divini decretis. Vix satis mirari possum impudicentiam astitiam instrumentorum quae pro Regno Tenebrarum laborant.

Folium non ita pridem impressum, sub titulo: Dubia Theologica
 in genere Trinitarius mota, et quaedam in specie Reformatis à
 Johanne Becco. homini minus bene fundato omnem reuelatam
 religionem suspectam reddere potest. Sicuti ejusmodi principia
 in conventibus undiq; audire licet, ubi ceu simplices despiciuntur
 illi, qui ultra Socinianismum vel Beckerianismum Christiani
 sunt. Qui ad tantam incredulitatis dementiam proclives non
 sunt, eos astutissimus adversarius alio stratagemate aggredietur,
 variis nempe Enthusiasticis ludibriis, quae nonnullos novitatum
 avidos ad imbibenda fraudulenta principia alliciunt, alios
 vero vanitate sua absterrent à quaerenda vera illuminatione.
 Deprehendit aliquos de melioribus temporibus despondere, quoniam
 delirantes Galli nonnulli hic multa de Cheliasmo verba faciunt.
 Imo radii, qui nonnullis superne affulserunt, inde quibusdam suspecti
 fiunt, quod imbecillitatibus humanis offuscati videantur, licet spiri-
 ritualis lux non raro, atque naturalis solis lux, diversimode
 afficiatur, pro ratione mediis per quos transit, hanc imperisrütatibus
 sapientia methodum observare videatur, ut defectus omnes noshos
 non curando in humilitate eo melius nos contineat, atque eo majorem
 gratitudinem et admirationem Divinae potentiae in imbecillibus operetur.
 Reflexit a scopo me non advertente calamus, de Enthusiasticis nugis à multis
 Pastoribus vidua nuper editis loqui volebam, quae varia deliria revelationum
 specie mundo obtrudere conatur, Polygamiam commendat, Messiam gloriosum
 esse nascendum somniat, aliisque obscena immiscuisse dicitur. Dani. Oliges
 Sauli visiones, sub titulo: Columba Noah, belgico impressa, Spiritum tenebr-
 rum non adeo redolent, modus tamen vix probabitur, quo ille mysterium
 Trinitatis et Divinitatis Christi explicare conatur, ad convertendos Iuda-
 os neutrum tamen librum ipse legi. Vale, et favore pueri tui estimantissime
 Melodami: d. 28. April. 1697.

H. W. Ludolf.